



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Sebastianus Viera, & quinque Socij Nouitij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

templi atrium iterum, ac cœ-
 meterium, & ibi variè hac
 atque illac ad crucem vsque
 raptatus, in eiusdem crucis
 amplexu hærens, dum addu-
 cto vtrinque fune strangula-
 retur, bis Indicâ clauâ per-
 cussus, telisque confossus &
 internectus est; sacrificulo
 barbaro in sacrificali veste
 sacris aris insultante. Post
 bienium eius corpus incor-
 ruptum repertum esse perhi-
 bent qui videre; dicentibus
 barbaris; illum fuisse occisum
 non aliâ de causâ, quippe in
 omnes amicè beneficû, quàm
 quòd Indorum, ac maximè
 tenerioris ætatis, capita, aquâ
 perfudisset.

*P. Sebastianus Viera, & quin-
 que Socij Nouij.*

Sparsæ sunt per Iaponiam
 illius imagines; vt agnitus

*Lustanæ.
 Xendi
 6. Iunij
 1634.
 atat. 63.
 Soc. 45.*

*Sacrum.**Regis
aspectus.*

teneretur, id facturo promissis aureis mille quingentis. Cùm paulò ante quàm caperetur diuinum sacrificium celebraret, is qui sacro aderat Paulus homo Christianus, in cuius domo id fiebat, retulit visum sibi videre Christi sanguinem veluti spumantem in calice. Capto illo, magnus plausus coortus est, quòd Romanus ille Sacerdos (ita eum appellabant quòd Romæ fuisset Procurator) iam vinctus esset. Capti cum illo quinque alij, quos id flagitantes in carcere, pro ea quàm Prouincialis loco fugebatur potestate, ad Societatem admisit. Ad Regem accitus, per interpretes illi respondit; cùm coram non daretur, ne conspecto Rege liber euaderet, iuxta eam istic
le-

legem quæ reos Regem vi-
 dentes absoluit. E carcere
 scripsit; parùm fore si centum
 vitas, aut si mille corpora, ha-
 beret quæ Deo redderet pro
 actione gratiarum. Tanto se
 gaudio perfundi, vt vel pro
 minima eius parte satisfieri
 posse neget, etiam perpeffis
 omnibus quæ ab vllò vnquã
 tolerata fuere tormētis. Cùm
 Iapon reus (ad terrorem illi
 incutiendum) coram illo fi-
 diculis torqueretur, & hor-
 rendus cruciatuũ apparatus
 illi ob oculos poneretur, in-
 uitareturque ad Deum de-
 ferendum, respondit: Se tres
 iam & sexaginta natum an-
 nos à Deo beneficia plurima,
 & maxima, ab Imperatore
 autem non nisi compedes
 accepisse; Deum immortalẽ,
 hunc mortalem esse; nunquã

Fides.

se à fide abiturum, vllâ spe, aut metu eorum quæ Imperator possit seu promittere, seu minari. Iussus fidei nostrę summam scripto complecti; totâ 14. horarum intercapedine scripsit, & breuiter illam digessit à conditi orbis exordio, vsque ad extremum diē iudicij. Imperator in eo cōmentario legens ea quæ ille de immortalitate animæ illi lucubrationi inseruerat, exclamauit: *Bonus est hic Bonzius Europæus!* Et si hæc vera sunt, quid nos miseri? quid nobiscum fiet? Verùm suauuunculi, Sebastianum neci addixit. Ergò ille ad scrobē ducitur, & causa supplicij cōscripta præfertur; quòd fidem Christianam predicasset contra Imperatoris edictum. Vnâ cū quinque illis quos in carcere

re

re in Societatem cooptârat
Iaponibus, toto quod super
genua est corpore in foueam
è pedibus pependit per totū
triduum, illis quoque super-
stes. Et iam antea prædixerat,
se tormento fossæ non mori-
turum. Supposito demū igne
cruciatus est, & combustus,
cūm ei viuenti prius viscera
fuissem sensim extracta, vt
scribit eius socius P. Alber-
tus Mecinski.

Apollinaris Almeida Episc.

Nicanus, & Socij.

Societatem puer inierat.

In Æthiopiam missus, Episco-
pus, pro sigillo habuit IESV
nomen, & epigraphen: *Dedi-
sti eum escam populis Æthio-
pum.* Cum illo fuit

P. Hiacynthus Francisci.

Anno 1623. in Æthiopiam
penetrauit, labore utili pro

H 5 Euan-

*Lusitanus
in Æthio-
pia.*

*Iunio
ineunte?
1638.
atat. 50.*

*Italus
ibid.*

*atat. 40.
Soc. 24.*